



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniae, 1611

Admonitiones pro Confessione rectè instituenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

ADMONITIONES AD RECTE  
 instituendam Confessionem.

QVONIAM paucissimi rationē  
 recte confitendi tenent: qui bene  
 confiteri cupit, obseruet sequentia  
 monita.

*I. Admonitio.*

Primò, antequam ad Confessionem  
 accedat, tempus aliquod impendat Ex-  
 amini conscientiæ, maxime si à multo  
 iam tempore confessus non fuerit: co-  
 gitetque se præ manibus habere rem  
 magni momenti, alijsque negotijs me-  
 ritò anteponendam. Nam si per negli-  
 gentiam, omittatur vnum peccatum  
 mortale, Confessio redditur nulla.  
 Quòd multi nesciunt, vel nō aduertunt.

*II. Admonitio.*

Dicat numerum peccatorum morta-  
 lium, alioquin Confessio non erit inte-  
 gra. Numerum autem dicat eo modo,  
 quo potest, vel saltem quanto tempore  
 perstitit in peccato, vel certè dicat, se  
 in illud recidisse, quoties occasio se ob-  
 tuisset.

*III. Admonitio.*

Dicat circumstantias, vt si furatus  
 sit, adiuncto alio malo fine, vt ad occi-  
 den-

dendū, vel aliud: si concupiuit coniugatas, viduas, virgines, vel alias similes. Si peccarit in templo. Si peruerso sermone alium induxerit ad malè faciendum. Si peccarit in præsentia aliorum, cum scandalo, vt comedendo carnes die vetito, vel, si sit persona magnæ autoritatis, &c. si votū fecerit non iurandi, fornicandi, &c.

*IV. Admonitio.*

Numero cum circumstantijs patefacto, ex reliquis satis est, aperire speciem peccati, sine vlla narratione historiarū, vt si iurārit, furatus sit, dicat: millies furatus sum, ceteris iuravi, occidi, adulteratus sum, nec enim opus est minutè dicere modos, quibus ista peracta sūt, sed satis est dicere. Toties sum fornicatus, mentitus. Si delectatione peccauit, sufficit dicere: Turpiter attigi toties hæc vel illa personarū genera, nō addito aut loco, aut modo. Si verba tantū inhonesta dicta sunt, non sunt ea particulatim dicenda, sed sufficit dicere. Verba inhonesta effutiui tali fine. Si de cogitationibus agatur, dicat. Cogitationi foedæ assensi toties, patefaciendo tamen cogitationis speciem.

*V. Admonitio.*

Sciat, quæ cogitationes malæ sint peccata mortalia, quando illis præberet  
con-

cōsensu, vel vult quis se in ijs oblectare, licet non velit facere. In quas cogitationes solent incidere homines vitiosi, & qui inordinatè amant aliquas creaturas.

*VI Admonitio.*

Caveat, ne quenquam in confessione infamet, & idcirco nunquam debet nominare personam cū qua peccavit.

*VII Admonitio.*

Non excuset sua peccata, vel nimium amplifcet, nec dubia provertis, aut certa pro dubijs dicat.

*VIII Admonitio.*

Magnum studium adhibeat in quærendo bono Medico pro anima sua, sicut qui æger esset, quæreret pro corpore: eoq; maius, quò anima corpore præstantior est. Quærerere enim Confessarium rudem & simplicem, est quærerere ducem certum ad infernum.

CASVS, QUIBVS CONFESSIO  
*nulla est.*

1. Quando ex pudore, vel malitia peccatum mortale reticetur.
2. Quando in Confessione dicitur mendacium in materia graui, & peccati mortalis, quæque sciebatur talis esse.
3. Si peccatū mortale prætermittatur, ob antegressā negligentē præparationē.

H 7

4. Si